

hariolari, divinare, opinari. Dumque alius aliud conjectat, nulla ipsis conjectura satis congruere videtur praenotioni eventus illius incogniti, qualem ex ipsa patris narratione arreptam anticipaverant. Quidam etiam miserabili vultu rogant, quid tandem sit, quare haec adhuc ignorare jubeantur. Quibus patet: ego vero habeo, quare vos ceterum adhuc.

Hujusmodi responsione liberi acquiescere adsuefacti, non illi quidem instabant importunius, horam, qua caussae silentii cessarent, modesto desiderio expectantes. Verum, ut facile adulti in parvulorum animos descendunt omnesque eorum motus cernunt acutius, ita nec patri difficile fuit, in quorundam frontibus tacitas veluti voces legere mi-

---

Hariolari, ariolari ratzen, errathen, wahrsagen. divinare wahrsagen, mutthäßen, opinari meinen, sich einbilden. conjectare mutthäßen. congruere über einstimmen, dazu passen, zusagen. praenotio vorläufiger Begriff, Vor-kunde, Vor-kenntnis, Verschmack. arripere aufgreifen, auffassen, aufnehmen. anticipare vorweg empfangen oder nehmen, voraus erhalten, aufnehmen. ignorare nicht wissen. celare aliquem aliquid Jemandem etwas vorenthalten, verhehlen, verheimlichen.

Acquiescere sich beruhigen, begnügen, zufrieden seyn. instare darauf bestehen, anhaltend und dringend betreiben. importune zudringlich, aufdringlich, unbescheiden. descendere in alicujus animum sich in Jemandes Seele hineindenken, ihm ins Herz sehen. motus animi heissen alle Regungen und Thätigkeiten der Seele und des Gemüths, besonders aber die Leidenschaften und Affekten.